


**Justus honor viro ... dn.
Jeremiæ Wallenio, summos in
philosophia honores A...**

Kolckenius, Josephus Gustavi,

1 Ic 1694 Wallenius, Jeremias





JUSTUS HONOR

VIRO

DOCTRINA MORUMQUE INTEGRITATE
CLARISSIMO.

Dⁿ. JEREMIAE
WALLENIO,

*Summos in Philosophia honores Aboa
Die 26. Novembris felici sidere
adeunti*

Exhibitus.



1694


8
63. 123

72

73

72

73



Emina Telluri demandant vere Coloni,
Et tamen autumnò sua fœnora grata recon-
dunt

Sic nunc Affinis suavissime Palladis artem
sectando, portas acti permagna laboris
Præmia, quæ confert de Pindi vertice
Musa;

Scilicet ut cingat lauru jam tempora Apollo,
Castalides ornent auro Caput, atque Tiara
Pierides Sponsum decorat Ceu pulcra puella.
Hinc tibi doctrinâ claro, nunc gratulor, optans,
Altitonass Dominus porrò pia cœpta secundet !

*Hec gratulabundus festinanter Affini
& amico suo debitis grati animi
suaâs officiose colendo & Cha-
rissimo scripsit & transmisit;*

JOSEPHUS COLKENIUS
Sacellanus in *Archas.*



JEREMIAS WALLENIUS Ta:

Per ANAGRAMMA S. in L. SE in A mut:

Eja ! illius arma valent.

193

73



Um duo configunt hostes crescente furore,
Fortior evertit dispoliatque prius,
Alterius vitam telis furcaque trifurca,
Sic sibi concilians Laurea sarta redux,
Et populi applausum clamantis voce canora,
Eja ! age ! victorem concelebrate virum,
Illius nunc Arma valent, palmamque reportant,
Et fluit effusus post mala longa cruor.
Haecenus Eusebia Frater fueras Stratiotes,
In castris Phœbi fortiter arma gerens,
Curarum moles te non deterruit ingens,
Frangere nec valuit maximus ille labor
Ardorem tantum; quapropter militis instar
Vincentis lauro condecorandus eris,
Illius nunc Arma valent, dicente catervâ,
Eja ! age ! sentimus grandia dona tui.
WALLENI, ingenii, Musarum docte Magister,
Cui tribuit magnum gratia blanda decus.
En oleagineo cum te clarescere sero
Fama Patri referet, gaudia tarda senis
Auget, & oblectat matrem simul atque sorores,
Letantur Fratres, Pieridumque chorus
Exultat; Pariter concepiti in pectore motus
Hinc ego Jucundos, gloria rara sopbum.

Ergo

Ergo bonis avibus, quo te tua fata vocabant,
I, cumulus victus & pietatis opes,
Oceanus fluxu vasto stipatus aquarum,
Profundis citius destituetur aquis,
Stelligeri citius radiantia lumina cœli
Ignes desistant explicuisse suos,
Quam Tibi fortunas Divina potentia summa
Expugnare Tuas, fata sinistra sinat;
Non modo presenti multum laudaberis avo
Sed postrema pius busta sequetur honos,
Hic tamen inprimis Cumea secula vatis
Vivas, longævos Nestoris atque dies!

Hoc Schediasmate illustres Magisterii
honores Fratri suo Chariss: faterno
gratulatur affectu

JOHANNES WALLENIUS
Adj: in Acha.

